

Cruci clavis affigi et lancea vulnerari: tu, Domine, per has sanctissimas penas tuas, et sanctam Crucem et mortem tuam, hujus famuli tui (famulae tuae) intellectum illumina, affectum inflamma, ut caritatis tuae dulcedine perfusus (-a) lacrimas compunctionis iugiter effundat, totaque virtute te diligat, et quae tibi placita sunt, tota dilectione perficiat: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℞. Amen.

Cruci clavis affigi et lancea vulnerari: tu, Domine, per has sanctissimas penas tuas, et sanctam Crucem et mortem tuam, horum famulorum tuorum (harum famularum tuarum) intellectum illumina, affectum inflamma, ut caritatis tuae dulcedine perfusi (-ae) lacrimas compunctionis iugiter effundant, totaque virtute te diligant, et quae tibi placita sunt, tota dilectione perficiant: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℞. Amen.

Prædictæ tamen preces omitti possunt ad libitum. Deinde dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit caelum et terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℞. Ex hoc nunc et usque in saeculum.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

Domine Jesu Christe, qui tegumen mortalitatis nostrae assumere dignatus es: te humiliter deprecamur; ut hoc indumentum, quod in memoriam tuae sanctissimae passionis et mortis institutum fuit, bene dicere, et sancti ficare digneris; ut hic famulus tuus, qui (haec famula tua, quae) ipsum gesta-

Pro pluribus

Orémus.

Oratio

Domine Jesu Christe, qui tegumen mortalitatis nostrae assumere dignatus es: te humiliter deprecamur; ut hoc indumentum, quod in memoriam tuae sanctissimae passionis et mortis institutum fuit, bene dicere, et sancti ficare digneris; ut hi famuli tui, qui (haec famulae tuae, quae) ipsum gesta-

Bened. scapularis rubri Passionis et Cordis, etc. 507

verit, ejusdem Passio- nis particeps effectus (-a), aeternam gloriam tuam consequi mereatur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℞. Amen.

dem Passio- nis participes effecti (-ae), aeternam gloriam tuam consequi mereantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℞. Amen.

Mox Sacerdos sacrum Scapulare aspergit aqua benedicta, et illud imponit, dicens:

Induat te Dominus novum hominem, ut hac lugubri poenitentiae tessera munitus (-a) iugiter aspicias ad Jesum, quem manus impiorum confixerunt, et doleas super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.

℞. Amen.

Induat vos Dominus novum hominem, ut hac lugubri poenitentiae tessera muniti (-ae) iugiter aspiciatis ad Jesum, quem manus impiorum confixerunt, et doleatis super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.

℞. Amen.

Deinde subjungit:

Et ego ex facultate mihi concessa recipio te (vos) ad participationem omnium bonorum spiritualium, quibus ex Apostolico privilegio gaudet Congregatio Sanctissimae Crucis et Passio- nis Domini nostri Jesu Christi. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. ℞. Amen.

In fine tandem dicitur:

Passio Domini nostri Jesu Christi sit semper in cordibus nostris. Amen.

6

BENEDICTIO ET IMPOSITIO SCAPULARIS RUBRI PASSIONIS ET SACRATISSIMI CORDIS D. N. J. C. ATQUE

CORDIS AMANTISSIMI ET COMPATIENTIS B. MARIE VIRG. IMMACULATAE Propria Congregationis Missionis

(Approbata a S. R. C. die 25 Junii 1847)

Genuflexo eo, qui suscepturus est Scapulare, Sacerdos, superpelliceo et stola rubra indutus, dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit caelum et terram.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitátis indüere dignátus, temetipsum exinanivisti, formam servi accipiens, et factus obédiens usque ad mortem Crucis: tuæ largitátis cleméntiam humiliter implorámus, ut hoc genus vestiménti, quod in honórem et memóriam dolorosíssimæ Passiónis tuæ, tuique sacratíssimi Cordis, necnon et Cordis amantíssimi ac compatiéntis immaculatæ Matris tuæ institútum fuit, atque ut illo indüti hæc mystéria devótius récolant, bene ✠ dicere dignéris; ut hic fámulus tuus, qui (hæc fámula tua, quæ) ipsum gestáverint, te quoque, per tua mérita et intercessiónem beatíssimæ Virginis Mariæ, indüere mereátur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Mox Sacerdos sacrum Scapulare aqua benedicta aspergit, et illud imponit, dicens:

Accipe, caríssime frater (caríssima soror), hunc hábitum benedictum, ut véterem hóminem exútus (-a) novúmque indútus (-a) ipsum digne pérferas, et ad vitam pervénias sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Pro pluribus

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitátis indüere dignátus, temetipsum exinanivisti, formam servi accipiens, et factus obédiens usque ad mortem Crucis: tuæ largitátis cleméntiam humiliter implorámus, ut hoc genus vestiménti, quod in honórem et memóriam dolorosíssimæ Passiónis tuæ, tuique sacratíssimi Cordis, necnon et Cordis amantíssimi ac compatiéntis immaculatæ Matris tuæ institútum fuit, atque ut illo indüti hæc mystéria devótius récolant, bene ✠ dicere dignéris; ut hi fámuli tui, qui (hæc fámula tuæ, quæ) ipsum gestáverint, te quoque, per tua mérita et intercessiónem beatíssimæ Virginis Mariæ, indüere mereántur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Accipite, caríssimi fratres (caríssimæ soróres), hunc hábitum benedictum, ut véterem hóminem exúti (-æ) novúmque indúti (-æ) ipsum digne pérferátis, et ad vitam perveniátis sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde subjungit:

Et ego, ex facultáte mihi concéssa, recipio te (vos) ad participatióem ómnium bonórum spirituálium, quæ per Sanctæ Sedis Apostólicæ privilegium huic sancto scapulári, in grátiam Congregatiónis Missionis, concéssa sunt. In nómine Patris, et Filii, ✠ et Spíritus Sancti. R. Amen.

Denique dicitur trina vice versiculus sequens:

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súveni, quos pretiósó sáanguine redemisti.

7

BENEDICTIO ET IMPOSITIO
SCAPULARIS CÆRULEI
B. MARIE VIRG. IMMACULATÆ

Propria Cler. Regul. Theatinorum

Qui suscepturus est Scapulare, genuflectit, et Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus dicit:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitátis indüere dignátus es, tuæ largitátis cleméntiam humiliter implorámus: ut hoc genus vestiménti, quod in honórem et memóriam Conceptionis beatæ Mariæ Virginis immaculatæ, necnon ut illo indüti exórent in hóminum pravórum morum reformatiónem, institútum fuit, bene ✠ dicere dignéris; ut hic

Pro pluribus

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitátis indüere dignátus es, tuæ largitátis cleméntiam humiliter implorámus: ut hoc genus vestiménti, quod in honórem et memóriam Conceptionis beatæ Mariæ Virginis immaculatæ, necnon ut illo indüti exórent in hóminum pravórum morum reformatiónem, institútum fuit, bene ✠ dicere dignéris; ut hi